An. et vol. XXXIX 6-29 Septembris 1947 (Ser. II, v. XIV) - N. 10-11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Fasciculus n. 10: Acta Pii Pp. XII: In sollemni canonizatione B. Ludovici M. Grignion de Montfort, C., p. 329. — Motu proprio, p. 332 - Constitutiones Apostolicae, p. 334 - Litterae Apostolicae, p. 340 - Allocutiones, p. 343. — Acta Officiorum: *Pont. Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos*: Responsa, p. 373. — Diarium Romanae Curiae: Segreteria di Stato: Nomine, pp. 375-376.

Fasciculus n. 11: Acta Pii Pp. XII: In sollemni canonizatione B. Catharinae Labouré, V., p. 377 - Chirographus, p. 380 - Constitutiones Apostolicae, p. 383 - Litterae Apostolicae, p. 390 - Allocutiones, p. 391. — Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 419 - *S. C. Concilii*: Declaratio, p. 420. — Diarium Romanae Curiae: Segreteria di Stato: Nomine - Necrologio, pp. 421-424.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLVII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 350 — extra Italiam, $ 3
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 35 — extra Italiam, $ 0,20

« Bis fere in mense (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur »* (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

Conto corrente con la Posta

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXIX, n. 10 - 6 Septembris 1947)

ACTA PII PP. XII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

PAG.

B. Ludovici M. Grignion, C., die 20 m. Iulii a. 1947 peracta.

Proclamatio 329

Homilia 330

MOTU PROPRIO

Quemadmodum Decessoribus Nostris. - De Pontificio Hispanorum Collegio Patriarchali Basilicae Vaticanae addicendo. - 30 Iulii 1947 332

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I. *De Foumban* (Garuensis). - E Vicariatu Apostolico de Foumban pars distrahitur et nova erigitur Praefectura Apostolica « Garuensis ». - 9 Ianuarii 1947 334

II. *De Foumban - De Khartum - Berberatensis* (Arcis Lamy). - E Vicariatibus Apostolicis de Foumban et de Khartum atque e Praefectura Apostolica Berberatensi territorii partes seiunguntur ad novam erigendam Praefecturam Apostolicam « Arcis Lamy ». - 9 Ianuarii 1947 335

III. *Magellanensis - De Punta Arenas.* - Vicariatus Apostolicus Magellanensis in novam evehitur et constituitur dioecesim, de Punta Arenas nomine appellandam. - 27 Ianuarii 1947 . . 337

LITTERAE APOSTOLICAE

PAG.

I. *Quinto iam exeunte.* - Templum in honorem B. Mariae V. « ab Eleemosyna », Catanae, Deo dicatum, privilegiis honoribusque Basilicae Minoris ditatur. - 31 Martii 1946 340

II. *Antiquitatis monumentum.* - Ecclesia Deo dicata in honorem Sanctae Mariae Montis, extra moenia civitatis Ianuensis posita, ad Basilicae Minoris dignitatem evehitur. - 13 Maii 1946 341

ALLOCUTIONES

I. Postridie beatificationis Contardi Ferrini - 14 Aprilis 1947 343

II. Postridie beatificationis Mariae Goretti - 28 Aprilis 1947 352

III. Postridie beatificationis Alexiae Le Clerc - 5 Maii 1947 358

IV. Postridie canonizationis S. Nicolai de Flüe - 16 Maii 1947 364

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

Responsa ad proposita dubia. - 29 Maii, 26 Iunii 1947 373

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Segreteria di Stato: *Nomine* 375

CODEX IURIS CANONICI PII X PONTIFICIS MAXIMI iussu digestus, BENEDICTI PAPAE XV auctoritate promulgatus, praefatione Emi Petri Card. Gasparri et indice analytico-alphabetico auctus.

Editio in-18° (cm. 9½×15), carta sottile; fol. LXXII-918. In brossura e legato in tutta tela.

Editio in-12° *cum Fontium annotatione* (cm. 12½×19½), carta sottile; fol. LII-928. Legatura in tela.

Editio in-8° *cum Fontium annotatione* (cm. 16½×26), carta crassiore; fol. XLVII-784. In brossura.

Venit Romae apud

Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano — °/c postale N. 1-16722

(pro Indice fasc. 11, v. pag. III)

An. et vol. XXXIX 6 Septembris 1947 (Ser. II, v. XIV) – N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATI LUDOVICI MARIAE GRIGNION DE MONTFORT, CONFESSORIS, DIE XX MENSIS IULII A. MCMXLVII, IN VATICANA BASILICA PERACTA.

Antequam Summus Pontifex decretoriam ferret sententiam, qua B. Ludovicus M. Grignion de Montfort sanctitudinis corona decoratus fuit, Revmus D. Antonius Bacci, ab Epistulis ad Principes, ipsius Pontificis nomine haec verba fecit:

Gallia laetetur, sanctorum virorum sanctarumque mulierum feracissima tellus; nec minore afficiatur gaudio Catholica Ecclesia, quandoquidem Augustus Pontifex iam in eo est ut B. Ludovicum M. Grignion de Montfort, praeclarum virtutum omnium decus, sanctitudinis fulgoribus exornet.

Nos vero, dum eventus huius faustitate permoti experimur caelestium pulchritudinem rerum humanas omnes evincere amplitudines, humanasque voluptates in immensum superare, huius Beati Caelitis vestigiis insistere volenti firmoque animo polliceamur.

Tum Beatissimus Pater, in Cathedra sedens, sic definivit:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum No-

strorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum Ludovicum Mariam Grignion a Montfort, confessorem, Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illius memoriam quolibet anno die eius natali, nempe die vigesima octava aprilis, pia devotione recoli debere. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Cum Ludovicus Maria Grignion de Montfort, quem nuper, Superni Numinis adspirante gratia, sanctitatis honoribus decoravimus, almam hanc Urbem petiisset, ut Beati Petri sepulcrum pientissimo veneraretur animo, a Decessore Nostro fel. rec. Clemente XI didicit se non ad exteras gentes, ut optabat, evangelicae veritatis praeconem destinari, sed potius ad christianos mores in patria sua feliciter redintegrandos.

Quamobrem adhortationi huic libentissime obtemperans, Galliam repetiit, ac per totius suae vitae cursum nihil reliqui fecit ut suscepto a Pontifice Maximo invitamento ac consilio actuosa alacritate responderet. Omnes Nationis suae regiones, nec semel dumtaxat, pedes plerumque peragravit; urbes, oppida, castella ac vel solitarios viculos apostolicus peregrinus adivit; et quocumque divinae veritatis nuntius virtutisque excitator studiosissimus pervenit, inibi auspicatissima quaedam christianae vitae renovatio habita est; discordiae sedatae, discidia composita, odia restincta sunt; ac fides experrecta revixit, caritas uberrimos edidit salutaresque fructus.

Qui passim serpebant errores, saepenumero veritatis fucati specie, eum habuerunt oppugnatorem strenuum atque indefessum; quae vero pietatis formae minus rectae vulgabantur atque interdum etiam ab Ecclesiae praeceptis et a sanctorum virorum normis exemplisque alienae, eis acerrime obstitit; atque

adeo id pro viribus obtinuit, ut catholicae doctrinae integritas servaretur incolumis, ac Catholica Religio non modo in mentibus refulgeret, sed in privatos etiam publicosque mores salubriter influeret.

Quod autem christianae perfectionis institutum ipse susceperat, atque ad extremum usque vitae halitum provexit, illud utrique ab se conditae Religiosae Sodalitati veluti sacra hereditate reliquit. Quae quidem Sodalitates si diligenter, ut faciunt, eius vestigia persequi enituntur, si eius potissimum erga Deum ac proximos caritatem aemulantur, si flagrantem, ut ipse, in Virginem Deiparam pietatem colunt, eiusque animi demissionem, evangelicae paupertatis amorem atque impensum precandi studium imitantur, tum procul dubio, ut legifer pater ac conditor, suae ceterorumque saluti optime consulere possunt.

Ad id efficiendum religiosam eius subolem adhortari, hac eventus faustitate, supervacaneum ducimus; res enim ipsae loquuntur. Placet potius capitulatim breviterque declarare quo modo ipse potuerit tam ingentem hominum multitudinem ad divinum reducere Redemptorem, tot itinera indefatigabilis facere, tot rerum hominumque asperitates victor superare, ac tot praesertim obfirmatos in vitiis animos ad admissorum paenitentiam et ad frugem bonam revocare.

Haec omnia, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, haud difficulter intelleguntur, si incensissimus eius consideratur erga Christum amor, eiusque flagrans, solida ac recta perspicitur in Dei Genitricem pietas. Deus ei omnia erat; quamobrem nihil antiquius habebat, nihil suavius ac dulcius, quam eum in cunctis cernere rebus, in cunctis cognoscere, adamare; eiusque cupiebat exsequendae voluntati augendaeque gloriae se dedere totum. Cum autem ad populum concionabatur, quae intus ardebat caritas, quasi sententiarum luminibus imaginumque fulgurationibus ita renidebat, ut omnes quodam impetu ad se traheret; eosdemque, sibi devinctos, ex erroribus ad veritatem, ex vitiis ad paenitentiam, ex indiligentia rerumque caelestium

taedio ad salutarem ardorem impensumque virtutis sectandae studium revocaret ac quodammodo compelleret.

Non igitur ii tantum, qui in conditas ab eo Religiosas Sodalitates adsciti sunt, multum multumque habent, quod addiscant atque imitentur, sed christiani etiam omnes, hoc praesertim tempore, dum catholica languescit fides, dum mores iacent, vel pessumdantur, et dum, gravi cum communi detrimento, passim discordiae grassantur; neque eas, ut addecet, officium frenat ac continet, vel caritas temperat, componit, moderatur.

Redeat, utinam omnium ante oculos omniumque in mentes fulgens ac suavissima Sancti huius Caelitis imago, iterumque doceat homines non terrae esse sed caelo natos; atque adeo eos ad christiana sequenda praecepta, ad fraternam adipiscendam concordiam, ad eam denique virtutem potiundam excitet, qua exornati aliquando poterunt, divina adspirante iuvanteque gratia, sempiterna in caelis beatitate perfrui. Amen.

MOTU PROPRIO

DE PONTIFICIO HISPANORUM COLLEGIO PATRIARCHALI BASILICAE VATICANAE ADDICENDO.

PIUS PP. XII

Quemadmodum Decessoribus Nostris per saeculorum decursum curae fuit, ita summopere Nobis cordi est amplissimum omnium catholici orbis templum, Vaticanam nempe Basilicam Apostolorum Principi dicatam, nulla re carere, quae ad liturgicas inibi perfunctiones peragendas utilis atque opportuna videatur.

Considerantes autem non solum ad hanc rem Canonicorum Collegium conferre ceterumque clerum, huic Basilicae addictum, sed iuvenes etiam sacerdotii candidatos, qui sollemnioribus saltem diebus, sacris intersint atque inserviant, consilium duximus causae huic ratione certa ac stabili prospicere, eodem fere modo, quo Decessor Noster imm. mem. Benedictus XV, ad Liberianum templum quod attinet, per Apostolicas Litteras anno MDCCCCXVII motu proprio datas, consuluit.

Quod quidem persequentes consilium, mens Nostra ad Pontificium

respexit Hispanorum Collegium, quod idcirco hac in alma Urbe a Dei servo Emmanuele Domingo et Sol conditum fuit, ut sacrorum ex universa Hispania alumni Romae commorantes ita in altiorum disciplinarum studia incumberent omniumque virtutum laudibus exornarentur, ut, ad suos aliquando reversi, ceteris in exemplum praelucere possent.

Dum autem ad eiusmodi munus hoc Pontificium Collegium destinamus, rem imprimis gratam carissimae Hispanorum genti Nos facturos esse putamus, eidemque novum paternae benevolentiae Nostrae praebituros esse testimonium.

Atque omnino confidimus eosdem sacrorum alumnos concreditam hanc causam summo fore studio summaque diligentia suscepturos. Novimus enim impensum eorum sacrae Liturgiae amorem, itemque incensam novimus pietatem illam, qua Augustum altaris Sacramentum adorare ac venerari sollemne habent, et qua Deiparam Virginem singulari honore colunt, atque Apostolorum Principem peculiari cultu prosequuntur. Se igitur hac pietate exercere in maximo Catholicae Religionis templo ac prope Romanum Pontificem, cui arctissime devinciuntur, magno procul dubio sibi honori ducent.

Itaque, votis ultro libenterque concedentes Dilecti filii Nostri Friderici S. R. E. Card. Tedeschini, eiusdem Basilicae Archipresbyteri, motu proprio atque ex Apostolicae plenitudine potestatis declaramus, statuimus, ac decernimus ut Pontificium hoc Hispanorum Collegium Sacrosanctae Patriarchali Basilicae Vaticanae sit addictum; ita quidem ut eius alumni liturgicas caerimonias ibi peragendas opportuno numero singulis diebus illis participent, quibus idem Cardinalis Archipresbyter sacris sit sollemni ritu operaturus.

Quae autem per Apostolicas has Litteras, motu proprio datas, a Nobis declarata, statuta ac sancita sunt, ea in perpetuum valere iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Iulii anno MDCCCCXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE FOUMBAN
(GARUENSIS)

E VICARIATU APOSTOLICO DE FOUMBAN PARS DISTRAHITUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « GARUENSIS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo faciliori via in Africa Aequatoriali Gallica catholica fides inter illas gentes prolatari possit, opportunum videtur quaedam territoria e Vicariatu Apostolico de Foumban distrahere et novam exinde Praefecturam Apostolicam illic constituere. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia atque de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Vicariatu Apostolico de Foumban regionem septentrionalem, finibus prout sequitur, circumscribendam, seiungimus et illam in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, quam *Garuensem* appellari decernimus. Fines autem novae huius Praefecturae Apostolicae Garuensis hoc modo describi possunt: Ad meridiem: ab ortu solis ad occidentem circulus parallelus sextus latitudinis usque ad flumen *Méké*, deinde cursus huius fluminis *Méké* usque ad eius scaturigines, postea linea recta usque ad locum quo flumen *Teram* influit in *Mbam* flumen et cursus fluminis *Teram* usque ad civiles territorii *Camerun* Britannici fines; ad occidentem: fines civiles inter *Camerun* Gallicum et *Camerun* Britannicum atque Nigeriam Britannicam; ad septentrionem et ad orientem: fines civiles inter *Camerun* Gallicum et Africam Aequatorialem Gallicam. Novam porro Praefecturam istam, ita finibus circumscriptam, dilectorum Filiorum Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae Sodalium curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concreditam volumus et decernimus, quam maxime in Domino confisi eos ad rei catholicae provectionem sollerti apostolico studio adlaboraturos. Huic igitur Praefecturae Apostolicae Garuensi eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura,

privilegia, honores et potestates, quibus ceterae Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die nona Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXII, n. 78. — Al. Trussardi.

II

DE FOUMBAN - DE KHARTUM - BERBERATENSIS (ARCIS LAMY)

E VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE FOUMBAN ET DE KHARTUM ATQUE E PRAEFECTURA APOSTOLICA BERBERATENSI TERRITORII PARTES SEIUNGUNTUR AD NOVAM ERIGENDAM PRAEFECTURAM APOSTOLICAM « ARCIS LAMY ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo evangelizationis operi in Africa Aequatoriali Gallica aptius consuli possit perutile videtur e Vicariatibus Apostolicis de Foumban et de Khartum atque e Praefectura Apostolica Berberatensi quaedam distra-

here territoria et novam exinde illic constituere Praefecturam Apostolicam. Nos itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Vicariatu Apostolico de Foumban, a quo septentrionalem partem iam alteris Nostris Litteris *Quo faciliori via* hac ipsa die datis seiunximus ad novam Praefecturam Apostolicam Garuensem constituendam, atque a Vicariatu Apostolico de Khartum et a Praefectura Apostolica Berberatensi quaedam territoria seiungimus et novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam *Arcis Lamy* nomine nuncupandam, quae finibus prout sequitur continebitur. Novae igitur Praefecturae Apostolicae Arcis Lamy fines iidem erunt ac limites coloniae civilis Tchad, ac tangunt ad septentrionem fines politicos Libyae, ad occidentem fines politicos inter Africam occidentalem Gallicam et Africam Aequatorialem Gallicam, ad orientem fines politicos inter Africam Aequatorialem Gallicam et regionem Sudan Anglo-Aegyptiaci, et ad meridiem fines novae Praefecturae Apostolicae *Arcis Lamy* tangunt fines politicos inter Africam Aequatorialem Gallicam et Nigeriam Britannicam, fines novae Praefecturae Apostolicae Garuensis, in praefatis Apostolicis Litteris descriptos, et postea fines civiles inter coloniam civilem *Tchad* et coloniam civilem *Oubangui-Chari*, ita ut civitas vulgo *Fort Archambault* ad novam Praefecturam Apostolicam *Arcis Lamy* pertineat. Hanc porro Praefecturam Apostolicam, ita finibus circumscriptam, sedulis Societatis Iesu sodalium curis, ad nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditam volumus ac decernimus. Novae insuper Praefecturae huic Apostolicae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrations, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indigna-

tionem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die nona Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXII, n. 79. — Al. Trussardi.

III

MAGELLANENSIS - DE PUNTA ARENAS

VICARIATUS APOSTOLICUS MAGELLANENSIS IN NOVAM EVEHITUR ET CONSTITUITUR DIOECESIM, DE PUNTA ARENAS NOMINE APPELLANDAM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut in amplissimo Patagoniae Cilenae territorio, cui nomen *Magallanes*, catholicae fidei incremento aptius prospici posset, a fel. rec. Benedicto Papa Decimo Quinto, Praedecessore Nostro, iam a die quarta Octobris mensis, anno millesimo nongentesimo decimo sexto erectus et constitutus est Vicariatus Apostolicus Magellanensis nomine, donec in propriam ac distinctam dioecesim constitui posset, et apostolicis Piae Societatis S. Francisci Salesii sodalium curis concreditus. Quum autem in praesenti tam civilis quam religiosa res magnum illic susceperit profectum, venerabilis Fratris Nuntii Apostolici in Republica Chilena porrectas Nobis preces, ut Vicariatus ille in dioecesim constituatur, praehabito Sacrae Congregationis de Propaganda Fide favorabili voto, lubenti animo excipiendas duximus. Suppleto itaque, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Vicariatum Apostolicum Magellanensem, eius servato territorio, exceptis vero *Malvinas* insulis, in Praefecturam Apostolicam erigendis, in novam erigimus et constituimus dioecesim, quam ab urbe principe

Punta Arenas, opibus decoreque praeclara, *de Punta Arenas* appellandam decernimus. Novae huius dioecesis sedem et cathedram episcopalem in urbe illa *Punta Arenas* constituimus, una cum omnibus iuribus et privilegiis, quibus ceterae episcopales civitates fruuntur; ecclesiam vero paroecialem, Sacratissimo Cordi Iesu et B. Mariae Virgini de Mercede dicatam, in ipsa urbe *Punta Arenas* exstantem, ad cathedralis gradum et dignitatem evehimus; eidemque et pro tempore Episcopis de *Punta Arenas* omnia tribuimus iura, honores, insignia, privilegia, favores et gratias, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Novam porro dioecesim istam de Punta Arenas metropolitanae Ecclesiae Ss. Conceptionis suffraganeam constituimus et eiusdem pro tempore Archiepiscopi iuri metropolitico Episcopos de Punta Arenas subiectos volumus. Quod autem ad dioecesis attinet regimen, administrationem Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ceteraque iura et onera sacrorum canonum praescriptis, inhaerendum iubemus. Cum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova illa dioecesi cathedrale canonicorum capitulum modo instituatur, statuimus ut interim pro canonicis, et donec aliter provideatur, ad iuris tramitem dioecesani consultores eligantur et adhibeantur. Mandamus insuper ut quam primum fieri poterit, saltem parvum Seminarium iuxta Codicis iuris canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas in hac etiam nova dioecesi erigatur; et ex eo duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, non intermissa vice, ad Collegium Pium Latinum Americanum in Urbe mittantur, ut sub oculis fere Romani Pontificis in spem ecclesiae instituantur. Episcopalem mensam novae dioecesis constituent Curiae Episcopalis emolumenta et oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum ipsa dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter ea quae iam ad hoc collecta sunt et a civili auctoritate adsignari poterunt. Quod autem ad clerum peculiariter spectat, statuimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda dilectum Filium Vedastum Mojaiski Perelli, Cubicularium Nostrum Intimum, negotiorum gestorem ad interim in Nuntiatura Apostolica apud Rempublicam Chilenam, deputamus, eique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quem libet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus impo-

nimus peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die vicesima septima Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIII, n. 24. – Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM IN HONOREM B. MARIAE V. « AB ELEEMOSYNA », CATANAE, DEO DICATUM, PRIVILEGIIS HONORIBUSQUE BASILICAE MINORIS DITATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quinto iam exeunte saeculo ex quo Decessor Noster, felicis recordationis, Eugenius Pp. IV Ecclesiae Sanctae Mariae « ab Eleemosyna » Catanensi in Civitate nuncupatae Insignis Canonicorum Capituli nec non paroecialis iuris privilegia motu proprio concessit, peropportunum Nobis visum est, ad fovendam erga Beatissimam Virginem in dies pietatem, novis luculentisque benevolentiae Nostrae signis eandem Ecclesiam cumulare. Nobis porro compertum est, a septimo iam Christianae Reparationis saeculo, memoratam Ecclesiam, humilem primitus aediculam, dein templum magis magisque temporis progressu auctum ornatumque, atque terrae motu dirutum iterumque aedificatum, Siciliae Regibus, Episcopis, Clero populoque dilectam, prae ceteris, fuisse et etiam nunc esse, ita ut tum a plurimis Summis Pontificibus privilegiis, honoribus indulgentiisque ditata sit, tum ab Aragonensibus Borbonicisque Regibus Regalis Cappellae titulo honestata. Quandoquidem in ipso Templo celeberrimam Beatae Mariae Virginis « ab Eleemosyna » Imaginem Catanenses Cives vigilanter custodiunt, Eiusque maternam protectionem nullo non tempore, sicut ex pluribus, iisdemque magni momenti historiae monumentis exstat, sed praesertim hisce novissimis temporibus, saeviente e terra marique caeloque bellico furore feliciter experti sunt. Maximo igitur solacio animus afficitur Noster ex eo quod in eandem Beatissimam Virginem, tamquam Civitatis Patronam, nec non, per institutum Sodalicium, in Sacratissimum Eucharistiae Sacramentum integra inter Catanenses Cives pietas perseveraverit, atque nunc, iure paroeciali providenter numquam ablato, ad spiritualem Studiorum Universitatis doctorum ac discipulorum utilitatem hoc ipsum Templum adhibeatur. Nos itaque, hisce omnibus iure meritoque perpensis, Venerabilis Fratris Carmeli Patanè, Catanensis Archiepiscopi, votis precibusque, a Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, Nobis relatis, benigne indulgentes, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae

potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Templum in honorem Beatae Mariae Virginis « ab Eleemosyna » Deo dicatum Catanae, titulo ac dignitate Basilicae Minoris, iuribus omnibus privilegiisque eidem titulo convenientibus adiectis, decoramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse et definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Martii, anno MCMXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
pro Dño Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

ECCLESIA DEO IN HONOREM SANCTAE MARIAE MONTIS, EXTRA MOENIA CIVITATIS IANUENSIS POSITA, AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquitatis monumentum, in magna est admiratione Ecclesia Sanctae Mariae Montis nuncupata, extra Ianuensis Civitatis moenia exsistens. Saeculo undecimo, ut aiunt, exstructa, insequenti vero ampliata, haec sacra aedes primum Canonicorum Regularium Sanctae Crucis Mortariensium curae credita fuit, deinde, per similes Apostolicas Litteras, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Aprilis, anno MCCCCXXXXIV, a felicis recordationis Decessore Nostro Eugenio Pp. IV datas, Fratrum Minorum custodiae commissa. Templum continesque coenobium non semel quidem in amplitudinem crevit, venustatem et pulchritudinem, magna nobilium impensa familiarum Ianuensium. Deturbata denuo labente saeculo decimoseptimo. Ecclesia haec nunc pretiosis fulget marmoris laminis atque, graeco-romanae structurae genere miranda, atque operibus arte perfectis praedives, cultu divino sacrisque supplicationibus insignis exstat. Christi-

fideles autem etiam Civitatis Ianuensis ac iuxta habitantes ferventer Virginis Sanctissimae colunt Imaginem, quae eadem in Ecclesia custoditur quamque iam ab antiquo permulti frequentare sueverunt.

Cum dilectus filius Augustinus Calmarini, Minoriticae Ianuensis Provinciae Sancti Leonardi a Portu Mauritio Minister, nomine suo ac religiosorum virorum quibus praeest, enixas Nobis preces adhibuerit ut Ecclesiam Sanctae Mariae Montis, in qua memorata Virginis Sanctissimae Imago servatur et colitur, privilegiis honoribusque Basilicae Minoris cohonestare dignemur, Nos, ut fidelium Archidioeceseos Ianuensis singularem pietatem erga Deiparam studiumque diligens divini cultus provehendi foveamus, votis commendationis officio suffultis Venerabilis Fratris Ordinarii Ianuensis, et Dilecti Filii Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum, libenter annuendum censemus, occasione Nobis quoque oblata quingentesimi anni ex quo praedicta Sacra Aedes Fratrum Minorum Ordini concredita est. Quapropter, conlatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino et Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Ecclesiam Ianuensem Sanctae Mariae Montis titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus omnibus cum honorificentiis atque privilegiis quae de iure competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Maii, anno MDCCCCXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
pro Dño Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

ALLOCUTIONES

I

*Ad christifideles qui Romam convenerant ad beatificationem Contardi Ferrini celebrandam.**

Con singolare gradimento vi salutiamo, illustri Professori e diletti figli, che siete convenuti in questa eterna Città, madre del diritto, per venerare il novello Beato Contardo Ferrini, decoro delle Università italiane e specchio di vita cristiana, apparso a risplendere, come fulgido esempio di scienza e di virtù, negli Atenei del sapere. Molto opportuna, dunque, è stata l'opera della benemerita e a Noi carissima Università Cattolica del Sacro Cuore in Milano nel farsi promotrice di questa causa di Beatificazione, perchè scienza e fede resero insigne il nostro Contardo, quella scienza che non osteggia la fede, ma della quale egli si fece un gradino per elevarsi più in alto verso Dio e la religione dei suoi padri, abbracciando, come in una sintesi della sua vita, la scienza umana e la scienza religiosa, per poggiare infine verso un'altra scienza sovreminente, la scienza della carità di Cristo: *scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi.*[1] Scienza umana, scienza religiosa e scienza della carità di Cristo: ecco i gradi del genio, delle virtù e della santità di Contardo. Ma la santità ha anch'essa un maestro, quel Maestro divino, che già disse ai suoi Apostoli: *magister vester unus est Christus;*[2] e infatti alla scuola di Cristo Contardo apprese il valore del mondo e dell'anima, e pose i fondamenti di quell'intimo edificio spirituale, che andò costruendo negli anni della sua breve ma operosissima vita.

Egli aveva compreso che l'uomo è un « ens finitum, quod tendit ad infinitum »;[3] che ha un'anima immortale, la quale varca l'abisso che divide il mondo materiale dallo spirituale e, separandosi dal corpo, vola a posarsi sulla sponda dell'eternità davanti allo sguardo e al giudizio di Dio. A quell'alta meta egli tenne sempre rivolto e fisso l'occhio e il pensiero durante il suo terreno cammino, nutrendosi lungo la via con l'alimento del sapere e della scienza umana, storica e giuridica, ma facendo cibo vitale e sostanziale del suo spirito la pietà e le virtù attinte dalla rivelazione divina, per immedesimarsi con Cristo nel fuoco della sua carità.

* Habita die 14 mensis Aprilis a. 1947.

[1] *Eph.* 3, 19.

[2] MATTH. 23, 10.

[3] CONTARDO FERRINI, *Un po' d'infinito.*

Formazione scientifica del nuovo Beato

« Cor sapientis quaerit doctrinam » : La mente assennata cerca il sapere.[4] Questo detto della Sacra Scrittura brilla come stella polare sulla vita e sull'opera del Ferrini giovane studente delle scienze giuridiche. Appena egli ebbe terminato con ottimo successo gli studi secondari, si dedicò con assidua cura alla scienza propriamente detta. In una età, nella quale altri non di rado cominciano col darsi alla spensieratezza goliardica e agli eccessi della libertà universitaria, e così troppo spesso sciupano i loro più begli anni e le loro migliori forze, il Ferrini si applicò subito con raro fervore allo studio. Ben presto si manifestò in lui una spiccata tendenza per la ricerca scientifica, anzi in un campo che può sembrare, a chi non ne conosce il pregio, arido, lontano dal mondo e quasi non giovanile, e che allo studente, il quale deve contare con un sollecito avanzamento nella vita pratica, non promette che scarsi vantaggi esteriori : vogliamo dire il campo della indagine delle fonti e della storia del diritto romano. Ma il Ferrini portava con sè in questa impresa un ricco patrimonio : non solo, cioè, una profonda conoscenza delle lingue antiche e una buona padronanza dei più importanti idiomi moderni, ma anche un puro ed alto idealismo, che gli svelava e gli additava nel diritto romano un riflesso di quella legge naturale, che dallo stesso pensiero pagano fu considerata come qualche cosa di eterno e di divino, secondo la solenne attestazione di Cicerone : « Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia ».[5]

Una magnifica laurea all'Università di Pavia, madre gloriosa di numerosi giuristi, con una tesi sulla utilità che la storia del diritto criminale può trarre dai poemi di Omero e di Esiodo, formò il primo coronamento del suo lavoro. Con questo il giovane Dottore si acquistò anche una borsa di studio in una Università estera. Il sentimento poi e l'interesse, da cui era animato per la sua disciplina prediletta, lo indussero a far cadere la sua scelta sopra la Università di Berlino.

Pieno quindi il cuore di speranze, ma pur non senza trepide ansietà, il Ferrini nell'autunno del 1880 varcò le Alpi e si diresse verso la Germania, nell'allora splendida metropoli dell'Impero degli Hohenzollern, che, dopo la vittoria conseguita dieci anni prima, si era venuto elevando a Potenza mondiale ; in Berlino che era anche il centro del protestante-

[4] *Prov.* 15, 14.

[5] Cicer., *De legibus*, l. II, cap. 4.

simo germanico e della lotta che il Cancelliere v. Bismarck aveva mosso contro la Chiesa. Chi potrà dire quali prove quel giovane, fervido amante della sua fede avita e risoluto a conservare intatto il giglio della sua purezza, ebbe ad incontrare nel vortice di una città moderna e, nella sua grande maggioranza, non cattolica? Sappiamo però con certezza che egli, al termine dei suoi studi, tornò in patria consolidato e raffermato nella integrità della sua virtù virile, illuminato e rinvigorito nella fermezza della sua fede. Egli aveva potuto osservare coi suoi propri occhi la povertà spirituale di coloro che, fuori della vera Chiesa di Cristo, dovevano vivere senza il sostegno dei Sacramenti, privi del divino conforto della Ssma Eucaristia, « da quel convito di paradiso lontani e digiuni ».[6] Ma al tempo stesso aveva veduto da vicino, con tutto l'entusiasmo della sua anima giovanile, come una minoranza cattolica, nel turbine del *Kulturkampf*, poteva opporre con indomabile sicurezza di vittoria una eroica ed efficace resistenza, difendere non timida il Regno di Cristo e il suo Vicario in terra, tenersi stretta ed unita in fraterna concordia, e stabilire saldamente, non pavida di fronte a tutte le forze nemiche, una valida organizzazione delle proprie file. Con particolare fervore il suo cuore si sentiva attratto verso le grandi opere cattoliche di carità e di azione sociale, cui egli potè partecipare come membro attivo delle Conferenze di S. Vincenzo de' Paoli. Tuttavia la sua precipua cura in Berlino era rivolta ai suoi studi di perfezionamento sotto la guida di quegli illustri maestri, che nel campo delle ricerche storiche e segnatamente storico-giuridiche, tenevano in quel tempo il primato.

Lo studio del diritto romano intorno al 1880

È cosa a voi ben nota, illustri e dotti ascoltatori, come, sul finire del secolo decimo ottavo, la scienza del diritto romano si era venuta orientando verso le concezioni della scuola del diritto naturale, per poi presto decadere verso la filosofia dell'illuminismo. Senza dubbio la sana dottrina del diritto di natura, quale era stata insegnata nel grembo della Chiesa dai rappresentanti della « philosophia perennis » e aveva raggiunto il suo apice nelle opere di un Tommaso d'Aquino e di un Suarez, avrebbe potuto avere una feconda efficacia anche sugli studi romanistici. Pur troppo però quella scuola era andata sempre più straniandosi dalle alte verità del pensiero cristiano e si era volta alle insostenibili massime degli enciclopedisti e dei filosofi illuministi. Chi potrebbe quindi meravigliarsi che essa non pervenisse a nulla di veramente e stabilmente proficuo? In tal guisa, dopo un breve e promettente impulso, quel movimento rapi-

[6] *Lettera a Vittorio Mapelli*, 8 Maggio 1881.

damente declinò e si esaurì in infeconde controversie e in un malsano dommatismo giuridico.

Ben presto si manifestò la reazione. Già verso l'inizio del secolo decimo nono si era destata nella gioventù studiosa una forte aspirazione verso nuovi metodi e nuove forme. Distaccatasi dal freddo ed arido culto della ragione proclamato dalla filosofia dell'illuminismo, infiammata dall'entusiasmo nazionale, la giovane generazione colta si rifugiò con amore nella indagine della storia patria, specialmente della cultura medioevale, che con la sua poesia, col suo pensiero religioso, con le sue caratteristiche forme di vita e di diritto empiva in egual modo di soddisfazione e di gioia la mente e il cuore. Spuntò così l'età del romanticismo e con questo nacque anche un nuovo senso per la storia e la ricerca storica in ogni campo.

Cominciarono allora in Germania i geniali studi dei fratelli Grimm sull'antica lingua e letteratura tedesca e sulle antichità giuridiche dei popoli germanici; ebbe anche allora principio la grande opera « *Monumenta Germaniae historica* » destinata a riunire tutti i documenti della storia tedesca, comprese le raccolte delle leggi delle diverse stirpi germaniche; opera che rese preziosi servigi anche alla conoscenza della storia della Chiesa e del Papato nel Medioevo.

Così insigni lavori e progressi attuati nel campo delle fonti del diritto germanico esercitarono un potente impulso anche sugli studiosi del diritto romano, tanto più che dopo la celebre recezione del 1495 quest'ultimo costituiva la base del diritto privato vigente in Germania. E fu di somma importanza che alla testa del nuovo movimento fosse un uomo di grande fama e sapere, il quale — al pari del Niebuhr negli studi e nelle ricerche sulla storia antica —, era un autorevole cultore del diritto romano e al nuovo metodo storico diede una veste filosofica, per quanto non in tutto irreprensibile: Friedrich Karl von Savigny, considerato come il fondatore della « scuola storica » nella scienza giuridica moderna.

Su queste basi si sviluppò fra i romanisti in Germania una ricca e molteplice attività, che si può riassumere nei seguenti principali gruppi, dei quali occorre dare un brevissimo cenno per comprendere e quasi inquadrare l'opera e il contributo scientifico del nuovo Beato.

Il primo gruppo riguarda i lavori per le edizioni critiche delle fonti del diritto romano. Dopo che il Niebuhr nel 1816 ebbe scoperte e pubblicate le *Institutiones* di Gaio, tutta una serie di edizioni critiche venne alla luce, per le quali si resero, fra gli altri, particolarmente benemeriti un Theodor Mommsen, un Paul Krüger, un Otto Lenel, un Aemilius Seckel, un Wilhelm Studemund. Ma in più strette relazioni personali il

Ferrini entrò con Alfred Pernice e Karl Eduard Zachariä von Lingenthal, investigatori e scrittori di avanguardia nel campo delle fonti del diritto romano-bizantino, i quali accolsero il giovane studente italiano con paterno affetto, lo curarono amorevolmente e lo incoraggiarono ed aiutarono a penetrare e approfondire quella vasta e difficile materia.

Il secondo gruppo concerne le esposizioni generali e le monografie sulla storia del diritto. Sommo fra tutti in questo campo primeggia il Savigny con la sua opera magistrale: *Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter*: cui seguirono numerosi altri dottissimi, quali lo stesso Mommsen, il Pauly, il Voigt, il Karlowa, il Krüger, il Conrat, il Wissowa; mentre alla estensione delle ricerche e delle trattazioni sui singoli punti contribuiva la lunga serie di Riviste, fra le quali celeberrima rimase la *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft*, fondata nel 1815 dal Savigny stesso, e di cui la nuova *Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte*, con le sue tre sezioni di diritto romano, germanico e canonico, è la continuazione.

Finalmente, valendosi di così ricco materiale storico, sorsero i grandi commenti del diritto romano: il *System des heutigen römischen Rechts* del Savigny; i commenti di un Glück, di un Bethmann-Hollweg, di un Puchta, di un Windscheid, di un Dernburg, e le classiche opere del Mommsen, *Römisches Staatsrecht* e *Römisches Strafrecht*. Quest'ultimo trattato venne alla luce quasi contemporaneamente con l'opera dello stesso nome del nostro Ferrini: *Diritto penale romano*, la quale, a giudizio dei competenti e dello stesso Mommsen, non era, pur sotto diverso aspetto, di minor valore che quella del grande Maestro dell'antichità romana.

Il dotto, l'indagatore e il maestro

Tale era, descritto in rapidissimi tratti, il mondo scientifico, in mezzo al quale venne a trovarsi il nostro Beato, che, pieno di entusiasmo e di amore agli studi, dotato di mente acuta e di ferrea volontà, seppe non solo assorbire in sè e rendere fecondi i potenti impulsi al lavoro ricevuti dalla vita intellettuale in Germania, ma anche avanzare e crescere prontamente e sicuramente a maturità di perfetto indagatore e maestro. D'altra parte, le sue ferme convinzioni religiose e il suo spirito chiaroveggente lo preservarono da quelle opinioni ed esagerazioni, che fin dal principio cercarono di farsi largo fra i seguaci della scuola storica.

Già da tempo romanisti italiani di gran fama, come l'Alibrandi, il Serafini, lo Scialoia, vivamente deploravano che lo studio del diritto romano avesse perduto nella patria di ogni alta scienza giuridica in splendore e in potenza, e che il primato in tale campo fosse trasmigrato ad altri

popoli. Nella giovane e forte anima del Ferrini ardeva la brama di lavorare instancabilmente fino al giorno che la figlia dimorante in terra straniera potesse essere degnamente e onoratamente ricondotta alla sua madre gloriosa. Quando egli nel 1882 fece ritorno in Italia, aveva raccolto in sè gli strumenti per così grandiosa opera, e se oggi nella scienza del diritto romano la patria di lui cammina di nuovo alla testa delle Nazioni, è merito, oltre che di altri insigni maestri, del nostro Beato.

Egli, che secondo la esortazione della Sacra Scrittura aveva cercato il sapere, adempiva anche l'altra parola dei Libri Santi: « *Vir sapiens plebem suam erudit, et fructus sensus illius fideles sunt* »: [7] L'uomo sapiente istruisce il suo popolo, e i frutti della sua scienza sono durevoli.

Plebem suam erudit: egli divenne maestro della gioventù del suo popolo; a cui trasmise negli Atenei di Pavia, di Messina, di Modena, e poi nuovamente della sua diletta Pavia, i copiosi frutti del suo alto spirito, delle sue diligenti ricerche, del suo cuore generoso. I suoi modi distinti e riservati, la cristiana nobiltà di una santa vita, la sua maniera di porgere chiara e penetrante, il costante esempio di studioso indefesso e inflessibilmente retto gli guadagnarono dappertutto stima e ammirazione.

Die Lebensweise des Heiligen ist beherrscht, auf Verzicht und Abtötung eingestellt, nicht nur wenn wir sie mit unseren heutigen Daseinsverhältnissen vergleichen, sondern schon für die viel einfacheren seiner Zeit und seiner Heimat, ganz abgesehen davon, dass man auch damals das Leben zu geniessen wusste. Wo immer ihr Nikolaus betrachten möget, stets ist bei ihm der Geist Herr über den Leib. Diese Beherrschtheit gab auch seinem Aeusseren jene Ehrfurcht weckende Würde und herbe Schönheit, die uns aus seinen Bildern so wohltuend ansprechen. Nikolaus hat früh, schon als Junge, sehr ernst damit begonnen, sich Opfer aufzuerlegen, und er ist darin beharrlich vorangeschritten.[8] Durch sein überaus strenges Leben in der Klause gehört er zu den grossen Büssergestalten der katholischen Kirche, und wenn er in jenen zwanzig Jahren sich ausschliesslich vom Brot der Engel nährte, so war dieses Charisma die Vollendung und der Lohn eines langen Lebens der Selbstbeherrschung und Abtötung aus Liebe zu Christus.

Versteht ihr die Mahnung, die der Heilige durch sein Beispiel an unsere Zeit richtet? Ein wahrhaft christliches Leben ist undenkbar ohne Selbstbeherrschung und Entsagung; aber auch Volksgesundheit und Volkskraft können ihrer auf die Dauer nicht entbehren. In der Strenge der christlichen Lebensordnung liegen zugleich unersetzliche soziale Werte. Sie ist das wirksamste Gegengift gegen die Sittenverderbnis in allen ihren Erscheinungen.

Wenn — gewiss auch auf die Fürbitte des hl. Nikolaus — Gottes barmherzige Vorsehung eure Heimat vor der Verelendung bewahrt hat, wie sie

[7] Durrer, B. I, S. XXIX, 115-170.

[8] Durrer, B. I, S. 462.

als Folge zweier Weltkriege in grauenvollen Formen über andere Länder gekommen ist, so stattet ihr euren Dank dafür durch grossmütige Werke der Caritas ab; Wir benützen gerne auch diese Gelegenheit, um es anzuerkennen. Erweist euch jedoch darüber hinaus dankbar dadurch, dass ihr im Geist und in der Tat um Christi willen ein einfaches und beherrschtes Leben führt, auch in Wohlhabenheit und Reichtum.

Der Büsser vom Ranft mag einmalig sein. Auch Franz von Assisi war es; aber ganzen Schichten der Christenheit wurde sein heldenhaftes Beispiel zum Ansporn, ihr Erdendasein weniger auf Wohlleben und Macht, als vielmehr auf Sichbescheiden und auf die ewigen Güter auszurichten. Folgt ihr ebenso Nikolaus von Flüe nach! Dann erst könnt ihr in Wahrheit sagen, dass er euer Heiliger ist.

Wo Nikolaus von Flüe uns entgegentritt, ist er der gottesfürchtige Mensch. Auch als Kriegsmann, wie uns seine Kameraden eindrucksvoll berichten.[9] Ueber sein Eheleben kann man die Eingangsworte der Enzyklika Unseres hochseligen Vorgängers Pius XI. setzen: « Der reinen Ehe Hoheit und Würde ». Von seiner öffentlichen Tätigkeit konnte Nikolaus selbst bezeugen: « Ich war mächtig in Gericht und Rat und in den Regierungsgeschäften meines Vaterlandes. Dennoch erinnere ich mich nicht, mich jemandes so angenommen zu haben, dass ich vom Pfade der Gerechtigkeit abgewichen wäre » [10] « Wer Gott fürchtet, wird ganz gross sein », sagt die Schrift. [11] Das gilt von eurem Heiligen.

Aufstieg und Niedergang der Völker entscheiden sich danach, ob ihr Eheleben und ihre öffentliche Sittlichkeit sich auf der Normallinie der Gottesgebote halten oder unter sie hinuntergleiten.

Klingt nicht auch diese Feststellung wie ein Notruf in unsere Zeit hinein? Die Zahl der guten Christen ist heute nicht gering, die der Helden und Heiligen in der Kirche vielleicht grösser als zuvor. Aber die öffentlichen Verhältnisse sind weithin zerrüttet. Und das ist die Aufgabe der Kinder der Kirche, aller guten Christen, sich dieser Abwärtsbewegung entgegenzustemmen und durch Bekenntnis wie Tat, im Beruf wie in der Handhabung der Bürgerrechte, in Handel und Wandel des täglichen Daseins dem Gebot Gottes und Gesetz Christi wieder den Weg in alle Bereiche des menschlichen Lebens zu bahnen. Christliche, katholische Schweizer! Hier liegt auch eure Aufgabe für euer Vaterland. Führt sie durch im Geist und in der Kraft von Bruder Klaus! Dann erst könnt ihr in Wahrheit sagen, dass er euer Heiliger ist.

[9] Durrer, B. I, S. 464.
[10] Durrer, B. I, S. 39.
[11] Judith, 16, 19.

Nikolaus von Flüe war endlich ein Mann des Gebetes, sein Leben ein Leben aus dem Glauben. Die Aeusserung, die er in seinem Selbstbekenntnis über den Priester, den « Engel Gottes », und das « heiligste Sakrament des Leibes und Blutes Jesu Christi » (ebenda) getan, würde genügen, um zu zeigen, wie erfüllt vom katholischen Glauben er war. Es ist bezeichnend, wie gerne er schon seit den Knabenjahren sich zu stundenlanger Versenkung ins Gebet zurückzog. Sein Leben im Ranft war ein Leben der Entsagung, um zur Vereinigung mit Gott zu kommen, das Ruhen in Gott der Sinn dieses Lebens. Auch seine Tat zur Rettung der Eidgenossenschaft Weihnachten 1481 war der Sieg eines Titanen des Gebetes über den Ungeist der Selbstsucht und Zwietracht.

Liegt nicht ein Fingerzeig Gottes darin, wenn Er eurer Heimat einen Volksheiligen schenkt, der so ausgesprochen ein Mann des Gebetes war wie Bruder Klaus? Die Kurve der Zerrüttung des öffentlichen Lebens geht parallel mit der Kurve seiner Säkularisierung, seiner Loslösung vom Gottesglauben und Gottesdienst. Solcher Verweltlichung können aber — Land für Land und Volk für Volk — Einhalt tun nur Menschen und Gemeinschaften, die glauben und beten. Deshalb rufen Wir euch zu: « Betet, freie Schweizer, betet! », wie Nikolaus von Flüe gebetet hat. Dann könnt ihr mit Recht und in Wahrheit sagen, dass er euer Heiliger ist.

Schiller lässt im Wilhelm Tell den alten Attinghausen ein Wort sprechen, das ihr in jungen Jahren mit Begeisterung aufgenommen habt, das Wort: [12]

> Ans Vaterland, ans teure, schliess dich an,
> Das halte fest mit deinem ganzen Herzen!
> Hier sind die starken Wurzeln deiner Kraft.

Wenn ihr aber nunmehr fragt, wo im Vaterland die starken Wurzeln eurer Kraft liegen, so lautet die Antwort: sie liegen — nicht allein, aber vor allem anderen — in dem christlichen Unterbau, der das Gemeinwesen, seine Verfassung, seine soziale Ordnung, sein Recht und seine gesamte Kultur trägt, und dieser christliche Unterbau ist durch nichts zu ersetzen, nicht durch Macht und nicht durch politische Höchstleistung. Die Stürme, die seit Jahren wie ein Weltgericht über die Kontinente dahingehen, haben dies mit Donnerstimme kundgetan. Auf Schweizer Boden hat jener christliche Unterbau in Nikolaus von Flüe Leben und Gestalt gewonnen wie wohl in keinem anderen eures Volkes. Schliesst euch ihm an, dann wird es gut bestellt sein um das Schicksal eures Vaterlandes.

[12] 3 Aufzug, 1. Szene.

Ihr seid stolz auf eure Freiheit. Ueberseht aber nicht, dass irdische Freiheit nur dann zum Guten ist, wenn sie aufgeht in einer höheren Freiheit, wenn ihr frei seid in Gott, frei euch selbst gegenüber, wenn ihr die Seele frei und offen bewahrt für das Einströmen der Liebe und Gnade Jesu Christi, des Ewigen Lebens, das Er selber ist. Nikolaus von Flüe verkörpert in wundersamer Vollkommenheit den Einklang von irdischer und himmlischer Freiheit. Folgt ihm nach! Er sei euer Vorbild, euer Fürbitter, euer und eures ganzen Volkes hundert-und tausendfältiger Segen.

* * *

Nicolas de Flüe, disions-Nous, personnifie en lui, de façon admirable, l'accord de la liberté naturelle et terrestre avec la liberté céleste et surnaturelle. En cela precisément, consiste la parfaite unité de sa vie, apparemment si multiple et si diverse. Et voilà comment, Suisse authentique du XV^{ème} siècle, et par son éducation, par sa vie, par son caractère, homme du Moyen-Age, il est pourtant digne d'être proposé en exemple et en modèle à tous les chrétiens et, en particulier, aux hommes de notre temps.

On entend souvent identifier Moyen-Age et civilisation catholique. L'assimilation n'est pas tout à fait exacte. La vie d'un peuple, d'une nation, se meut dans un domaine fort varié, qui déborde celui de l'activité proprement religieuse. Dès lors que, dans toute l'étendue de ce vaste domaine, une société respectueuse des droits de Dieu s'interdit de franchir les limites marquées par la doctrine et la morale de l'Eglise, elle peut légitimement se dire chrétienne et catholique. Aucune culture ne saurait se donner en bloc comme spécifiquement telle; pas même la culture médiévale; sans compter que celle-ci suivait une évolution continue et que, précisément à cette époque, elle s'enrichissait par l'afflux d'un nouveau et puissant courant de culture antique.

Cette réserve faite, il est juste de reconnaître au Moyen-Age et à sa mentalité un note vraiment catholique : la certitude indiscutable que la religion et la vie forment, dans l'unité, un tout indissoluble. Sans déserter le monde, sans perdre le vrai sens de la vie, il ordonne toute l'existence humaine vers un objectif unique : l'*adhaerere Deo,* le *prope Deum esse,* [13] vers la prise de contact avec Dieu, vers l'amitié de Dieu, convaincu qu'il ne saurait y avoir hors de là nulle paix solide, ni pour le cœur de l'homme, ni pour la société, ni pour la communauté des peuples.

Qu'il soit difficile de parvenir à une fin si haute, c'est évident et le Moyen-Age ne se faisait à cet égard aucune illusion. Nicolas de Flüe, lui,

[13] *Ps.* 72, 28.

a su pourtant l'atteindre, réalisant dans sa personne cette synthèse de la religion et de la vie. Cela lui est commun, sans doute, avec tous les autre saints. Mais ce qui frappe particulièrement en lui, c'est sa providentielle actualité. Il est de ceux qui, intimement mêlés aux réalités concrètes de leur temps, étaient cependant tellement unis à Dieu que l'Eglise les a élevés à la gloire des autels. Fut-il jamais citoyen plus attaché à son pays natal, époux plus affectueux, père de famille nombreuse plus diligent dans l'éducation des enfants, homme public plus soucieux des intérêts de sa patrie? Et c'est dans la pratique de toutes ces vertus domestiques, civiques, sociales, autant que par les austérités de sa vie érémitique, que Nicolas, gravissant à pas de géant les rampes escarpées qui conduisent aux sommets de l'amour et de la perfection, s'est montré, par le rayonnement de la ressemblance divine, l'ami de Dieu, que, si ardemment, il voulait être.

Saissez-vous, chers fils et chères filles, la terrible gravité de l'heure présente et la poignante antithèse, dont elle nous donne le spectacle? D'un côté, nous, qui célébrons la gloire des saints du Moyen-Age, des saints qui ont réealisé en eux-mêmes, dans l'unité de la religion et de la vie, la « dévotion à Dieu »; de l'autre, au pôle opposé, une trop grande partie de l'univers réalisant la « dévotion au monde », l'idôlatrie du monde jusqu'à la négation de Dieu, jusqu'à la profession de l'athéisme le plus absolu.

Quelle sera, pratiquement, la solution en ce qui vous concerne, vous qui vivez au milieu de ce bouleversement des plus hautes valeurs spirituelles et morales? Un retour au Moyen-Age? Personne n'y songe! Mais un retour, oui, à cette synthèse de la religion et de la vie. Elle n'est point un monopole du Moyen-Age : dépassant infinement toute les contingences des temps, elle est toujours actuelle, parce qu'elle est la clef de voûte indispensable de toute civilisation, l'âme dont toute culture doit vivre, sous peine de se détruire de ses propres mains, de rouler dans l'abîme de l'humaine malice, qui s'ouvre sous ses pas dès qu'elle commence, par l'apostasie, à se détourner de Dieu.

La conclusion pour vous s'impose : que chacun et chacune, en ce moment, s'engage à faire, de sa vie personnelle, un hommage permanent d'adoration et de dévouement au service de Dieu, à user de tous les moyens à sa portée pour remettre ceux qui l'entourent sur le chemin qui les conduit à Dieu et à la restauration en eux de cette unité. Que saint Nicolas soit le témoin de vos engagements et votre protecteur pour y demeurer fidèles!

* * *

Nicolao della Flüe è il vostro Santo, diletti figli e figlie, non solo perchè egli ha salvato la Confederazione in un momento di profonda crisi, ma anche perchè ha tracciato per il vostro Paese le grandi linee di una politica cristiana.[14] Voi le conoscete; esse si possono riassumere nei seguenti punti:

Tutelare la patria contro ogni ingiusta aggressione. Soltanto in questo caso, per una guerra di difesa, impugnate strenuamente le armi.

Non fate alcuna politica di espansione. « Liebe Freunde, egli ammoniva i suoi compatriotti, « macht den Zaun nicht zu weit, damit ihr desto besser in Freiheit, Ruhe und Einigkeit verbleiben könnt »: Cari amici, non allargate troppo la frontiera della Confederazione, affinchè tanto meglio possiate rimanere in libertà, tranquillità e unione. Perchè dovreste lasciarvi prendere dalla voglia di guerreggiare?

Non mettete a rischio la patria, sospingendola sconsideratamente nel mare tempestoso della politica estera e implicandola nelle lotte dei Potentati.

Tenete alta la moralità del popolo e il rispetto verso l'autorità stabilita da Dio.

Conservate la unità e la fratellanza: evitate l'invidia, l'odio, il rancore e lo spirito di parte. Oggi si direbbe: Le rivalità di concorrenza non avvelenino la vita economica, nè la lotta di classe e l'opprimente predominio di un partito turbino la vita sociale. Regnino invece la giustizia e l'amore, che assicurino a quanti con buona volontà adoperano tutte le loro forze, una vita tranquilla e degna.

Voi sapete, diletti figli e figlie della Svizzera, — e forse nessun secolo della vostra storia patria ne ha fatto una così viva esperienza come il presente — quale pienezza di bene quelle esortazioni hanno significato e significano per il vostro popolo.

Se però voi, in questi giorni di glorificazione del vostro Santo, riandando con la mente alle due orribili guerre mondiali, il cui incendio ha circondato, ma non oltrepassato i confini della libera Svizzera, se voi oggi, diciamo, innalzate lo sguardo pieno di riconoscenza a Nicolao della Flüe, non dimenticate, anzi scolpite in voi profondamente il pensiero che quei principî fondamentali della vostra Confederazione hanno vita e forza soltanto se essi vengono elevati a maggior altezza dalla sapiente massima dell'Eremita di Ranft: La pace è sempre in Dio; Dio è la pace. Sopra ogni altra cosa abbiate Dio dinanzi ai vostri occhi e osservate co-

[14] Durrer, B. I, S. 209 f., B. II, S. 846, 982 f.

raggiosamente i suoi comandamenti. Rimanete fermi nella fede e nella religione dei vostri padri!

La pace è sempre soltanto in Dio. Queste parole del Santo ai suoi compatriotti hanno valore universale, come — salvo poche eccezioni — anche gli altri suoi ammaestramenti per il bene della patria. Se il mondo di oggi senza pace tornerà a Dio, troverà anche la pace; soltanto uomini, che piegano la fronte dinanzi a Dio, sono in grado di dare al mondo una vera, giusta e durevole pace.

Voglia il novello Santo, amante della pace, « Liebhaber des Friedens », come lo chiamarono ancor in vita il podestà e il Consiglio della città di Solothurn,[15] intercedere presso il trono di Dio, affinchè possiate mantenere il prezioso bene della pace e questo bene sia concesso a tutto il mondo.

Con tale voto e come pegno della sovrabbondante grazia e dell'amore di Gesù Cristo, che colmi gli animi vostri e vi renda degni ed atti testimoni e promotori del suo regno nella vostra patria, mentre esprimiamo la Nostra viva gratitudine per i generosi soccorsi, coi quali il Venerabile Episcopato, lo zelante clero, gli Ordini e le Congregazioni religiose e il diletto popolo svizzero hanno voluto venirCi in aiuto nella Nostra Opera di assistenza e di carità, a voi tutti impartiamo con effusione di cuore la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

[15] Durrer, B. I, S. 116.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

A

I – *De temporis supputatione*

D. I. An, electo uno temporis supputandi modo, hic, vi can. 33 § 1, in actionibus formaliter diversis, mutari possit.

D. II. An tres Missae celebratae nocte Nativitatis Domini sint actiones formaliter diversae.

R. – *Ad I.* Affirmative.

Ad II. Negative.

II – *De appellatione Defensoris vinculi matrimonialis*

D. – An, provocante Defensore vinculi, vi can. 1987, contra secundam sententiam, quae matrimonii nullitatem confirmaverit, ad tertiam instantiam, Defensor vinculi ulterioris istius instantiae, etsi agatur de tribunali apostolico, interpositam appellationem, pro sua conscientia, deserere possit, ita ut tribunal, in casu, nequeat Defensori vinculi appellationem deserenti eiusdem prosecutionem imponere.

R. – Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 29 Maii anno 1947.

B

I – *De recursu ad Sanctam Sedem per Legatum Romani Pontificis*

D. – An clausula can. 81 « nisi difficilis sit recursus ad Sanctam Sedem » obtineat quoties Ordinarii facile recurrere possunt ad Legatum Romani Pontificis in regione, qui cum eadem Sancta Sede communicat.

R. – Negative.

II – *De duello*

D. – An, in iis locis in quibus sententia de duello habendo reservatur tribunali quod dicitur « honoris », provocantes et acceptantes incurrant in poenas de quibus in can. 2351 ipsa provocatione vel acceptatione.

R. – Affirmative, nisi certo constiterit provocantes et acceptantes non habuisse intentionem duellandi.

III – *De favore iuris quo gaudet matrimonium*

D. – An stante positivo et insolubili dubio de validitate primi matrimonii, invalidum, vi can. 1014, declarari debeat secundum matrimonium.

R. – Affirmative, dummodo causa definiatur ad ordinarium tramitem iuris.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 26 Iunii anno 1947.

M. Card. Massimi, *Praeses.*

L. ✠ S.

A. Coussa, Ordinis Basilianorum Aleppen., *a Secretis.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati domestici di Sua Santità:

15 febbraio 1946. Monsig. Hewetson Giuseppe E., della diocesi di Paterson.
» » » Monsig. Manley Giovanni P., della diocesi di Raleigh.
» » » Monsig. McNearney Pietro, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Babook Allen J., dell'archidiocesi di Detroit.
» » » Monsig. Deady Carroll, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. De Barry Leone, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Donnelly Enrico, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Hardy Walter, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Szumal Edoardo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Zaleski Alessandro, della medesima archidiocesi.
1 marzo » Monsig. Carrà Giacomo, della diocesi di Buffalo.
» » » Monsig. Hoen Leone, della medesima diocesi.
» » » Monsig. McDonald Giuseppe F., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Nuwer Romano J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Smith Leone, della medesima diocesi.
3 » » Monsig. Kearney Merlin, della diocesi di Nashville.
31 » » Monsig. St. John Riccardo, della diocesi di Oklahoma.
4 aprile » Monsig. Ferretti Antonio J., dell'archidiocesi di Newark.
» » » Monsig. Haitinger Emerico A., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. O'Neill Federico, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. O'Neill Felice M., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Annabring Giuseppe, della diocesi di Superior.
» » » Monsig. Meyer Pietro F., della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Balwin Giovanni F., della diocesi di Trenton.
» » » Monsig. Burke Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Cahill Edoardo A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Callahan Michele, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Casey Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Clune Patrizio J., della medesima diocesi.

28 aprile 1946. Monsig. Dunphy Edoardo J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. McConnell Guglielmo J., della medesima diocesi.
11 maggio » Monsig. Cawley Francesco P., della diocesi di Pueblo.
» » » Monsig. Wolohan Tommaso G., della medesima diocesi.
9 giugno » Monsig. Crowley Edoardo F., dell'archidiocesi di Boston.
» » » Monsig. Degan Giovanni A., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Fletcher Giovanni, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Furlong Walter, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Halloran Fiorenzo I., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Ryan Guglielmo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Wright Giovanni J., della medesima archidiocesi.
17 » » Monsig. Garcia Giuseppe, dell'archidiocesi di Santa Fé (S. U. A.).
» » » Monsig. Schoeppmer Clarenzio, della medesima archidiocesi.
25 » » Monsig. Wolf Francesco S., dell'archidiocesi di S. Antonio.

Camerieri segreti soprannumerari di S. S.:

8 agosto 1940. Monsig. Missionario Orazio, della diocesi di Avellino.
6 ottobre 1943. Monsig. Lukać Antonio, dell'amministrazione apostolica di Satu Mare in Slovacchia.
26 gennaio 1946. Monsig. Dias da Affonseca Giuseppe, dell'archidiocesi di San Salvatore della Bahia.
14 luglio » Monsig. Rauco Filippo, della diocesi di Assisi.
13 agosto » Monsig. Nagel Antonio Fortunato, della diocesi di Campanha.
30 » » Monsig. Doyle Michele, della diocesi di Toledo in America.
» » » Monsig. Scheckelhoff Raimondo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Shumaker Norberto, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Griffin Leone, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Maher Roberto, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Swanstrom Edoardo, della diocesi di Brooklyn.
24 novembre » Monsig. Podestà Elia Tommaso, della diocesi di Spirito Santo.
21 dicembre » Monsig. Calvo Oscar, del vicariato apostolico di Guam.
» » » Monsig. Torriti Mariano, della diocesi di Pienza.

An. et vol. XXXIX 29 Septembris 1947 (Ser. II, v. XIV) – N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATAE CATHARINAE LABOURÉ, VIRGINIS, DIE XXVII MENSIS IULII ANNO MCMXLVII IN VATICANA BASILICA HABITA.

Antequam Summus Pontifex decretoriam sententiam ferret, qua B. Catharina Labouré virgo sanctitatis decore exornaretur, Revmus D. Antonius Bacci, ab Epistulis ad Principes, Summi Pontificis nomine haec fecit verba:

In mystico Ecclesiae viridario, quod reflorescente sanctitate nullo non tempore viget, novas cernere pulchritudines Augusto Pontifici laetissimum est; qui quidem id exsequi iam statuit, quod vos ex credito munere postulastis, omnesque communibus praestolamur votis.

Oraculum igitur, quod B. Petri Successor mox editurus est, prona fronte pronaque mente audiamus; atque ad eas exardescamus virtutes imitandas, quibus sacra virgo Catharina Labouré tantopere enituit.

Tum Beatissimus Pater, in Cathedra sedens, sic sollemniter pronunciavit:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium

consilio, Beatam Catharinam Labouré, virginem, Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illius memoriam quolibet anno die eius natali, nempe die trigesima prima decembris, pia devotione recoli debere. In nomine Pa✠tris et Fi✠lii et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII.

« Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis ».[1] Placet Nobis, dum in hac templi maiestate Catharina Labouré nova redimita gloria refulget, hanc Divini Redemptoris iterare sententiam, quae ut eius animi simplicitati, ita supernis donis eidem a Deo impertitis, ac singulari mirabilique muneri, eidem a Deipara Virgine concredito, peculiari modo respondere videtur.

Est utique summa admiratione dignum almam Dei Matrem cernere se humili puellae, ut traditur, conspiciendam dare, cum eadem arcanis colloqui verbis, ac prodigiale, ante eius oculos radians, ostendere nomisma, quod omni ope ac non sine uberrimo caelestium gratiarum imbre propagari debeat. At maiore etiam Nobis admiratione videntur digna Vincentianae huius virginis virtutum ornamenta, quibus, dum vixit, suis sodalibus in exemplum praeluxit, et quibus hodie in Sanctarum Caelitum choris quasi gemmata renidet.

Imprimisque christianae humilitatis studio praestat, ac vitae simplicitate; siquidem, quamvis apud Divinum Redemptorem eiusque sanctissimam Matrem tanta floreret gratia, tantisque frueretur favoribus, nihilominus ignotam in umbratili silentio se vivere, quasi absconditam violam, adamabat suavia tantum superni odoris blandimenta, quae internam referebant sanctitudinem, circumquaque edens. Eius autem morum inno-

[1] MATTH., XI, 25; LUC., X, 21.

centia animique candor ita per eius oculos eiusque aspectum virgineum elucebant, ut omnes ad caelestia alliceret, ad virtutemque assequendam permoveret.

Quamvis tamen supernis visionibus non semel dignata esset, supernisque non raro afflueret deliciis, nihilo secius humilem se Dei ancillam despiciens, non huius mundi gloriolas captabat, sed amabat potius nesciri et pro nihilo reputari.[2] Quamobrem, Dei Divinaeque Matris honoris unice cupida, communia atque etiam viliora in Religiosa Sodalitate munia, quae sibi credita essent, libens amplectebatur. Itaque aegrotos diligentissime curare, de eorum corpore non modo, sed de eorum etiam relevando animo sollicita; senibus atque infirmis, sui ipsius immemor, famulari; ostiariam agere, ac neminem, nisi sereno ac demisso vultu, excipere; coquinariam artem exercere; vestes sarcire laceras, vel consumptas; omnia denique, etiamsi sordida atque onerosa, obire ministeria, quae sibi commissa essent, numquam renuit. Idque dum impigra semper, operosa ac vel laeta agebat, eius mens a supernis rebus non abstrahebatur, quandoquidem in omnibus Deum, omniaque in Deo cernere sollemne habebat.

Quotiescumque autem poterat Eucharistica adire tabernacula, vel divinae Matris sacrae imagini se sistere, eidemque sua vota pandere suasque incensissimas admovere preces, id tam libenter, tam impensa amoris impulsione faciebat, ut luculentissime pateret, quamvis hoc in terrestri versaretur exsilio, se tamen mente et animo in calestibus habitare; ac nihil magis excupere, quam ad perfectissima quaeque citato gradu scandere, ac se suasque vires ad ea adipiscenda convertere. Peculiari autem pietatis ardore Sacratissimum Cor Iesu et immaculatum Deiparae Virginis Cor diligebat; ad eaque redamanda omnes, quoscumque poterat, alloquio atque exemplo suo excitabat quam maxime.

Quamobrem, cum ad mortalis suae vitae pervenisset exitum,

[2] Cfr. *De imit. Christi*, I, 3.

non mortem tremebunda oppetiit, sed laeta, sed hilaris; ac Deo Sanctissimaeque Virginis patrocinio omnino fidens, postquam eius prodigiale nomisma extenuatis tremulisque manibus ultimum distribuere potuit circumstantibus, serena atque arridens ad Caelum evolavit.

Multa profecto sunt, quae nobis, si terrestrem Sanctae huius Caelitis incolatum intento studiosoque animo meditamur, salutariter imitanda proponuntur; attamen id primum esto: nemini nempe, qui almam Dei Matrem sincera pietate recolat, eiusque sanctissimis vestigiis insistere pro facultate enitatur, eius validam defuturam esse tutelam, vel praesentissimum defuturum auxilium. Sancta igitur Catharina Labouré exemplo suo ad incensam actuosamque eiusmodi pietatem nos adhortatur omnes; cuius quidem adhortationi si volenter operoseque respondebimus, facilius profecto pandetur nobis ad virtutem iter, facilior atque expeditior ad caelestem beatitatem nobis erit ascensus. Amen.

CHIROGRAPHUS

AD EXCMUM VIRUM HARRY S. TRUMAN, FOEDERATARUM CIVITATUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS PRAESIDEM: OB HUMANISSIMAS LITTERAS SUMMO PONTIFICI MISSAS.

PIUS PP. XII

Your Excellency:

We have just received from the hands of your personal representative, Mr. Myron Taylor, Your Excellency's letter of August 6, and We hasten to express Our satisfaction and thanks for this latest testimony to the desire and determination of a great and free people to dedicate themselves, with their characteristic confidence and generosity, to the noble task of strengthening the foundations of that peace for which all peoples of the earth are longing. As their chosen leader Your Excellency seeks to enlist and cement the cooperation of every force and power which can help to accomplish this task. No one more than We will hope for its success and for the happy achievement of the goal We pledge Our resources and earnestly beg God's assistance.

What is proposed is to ensure the foundations of a lasting peace among

nations. It were indeed futile to promise long life to any building erected on shifting sands or a cracked and crumbling base. The foundations, We know, of such a peace—the truth finds expression once again in the letter of Your Excellency—can be secure only if they rest on bed-rock faith in the one, true God, the Creator of all men. It was He who of necessity assigned man's purpose in life; it is from Him, with consequent necessity, that man derives personal, imprescriptible rights to pursue that purpose and to be unhindered in the attainment of it. Civil society is also of divine origin and indicated by nature itself; but it is subsequent to man and meant to be a means to defend him and to help him in the legitimate exercise of his Godgiven rights. Once the State, to the exclusion of God, makes itself the source of the rights of the human person, man is forthwith reduced to the condition of a slave, of a mere civic commodity to be exploited for the selfish aims of a group that happens to have power. The order of God is overturned; and history surely makes it clear to those who wish to read, that the inevitable result is the subversion of order between peoples, is war. The task, then, before the friends of peace is clear.

Is Your Excellency over-sanguine in hoping to find men throughout the world ready to cooperate for such a worthy enterprise? We think not. Truth has lost none of its power to rally to its cause the most enlightened minds and noblest spirits. Their ardour is fed by the flame of righteous freedom struggling to break through injustice and lying. But those who possess the truth must be conscientious to define it clearly when its foes cleverly distort it, bold to defend it and generous enough to set the course of their lives, both national and personal, by its dictates. This will require, moreover, correcting not a few aberrations. Social injustices, racial injustices and religious animosities exist today among men and groups who boast of Christian civilization, and they are a very useful and often effective weapon in the hands of those who are bent on destroying all the good which that civilization has brought to man. It is for all sincere lovers of the great human family to unite in wresting those weapons from hostile hands. With that union will come hope that the enemies of God and free men will not prevail.

Certainly Your Excellency and all defenders of the rights of the human person will find whole-hearted cooperation from God's Church. Faithful custodian of eternal Thruth and loving mother of all, from her foundation almost two thousand years ago, she has championed the individual against despotic rule, the labouring-man against oppression, Religion against persecution. Her divinely-given mission often

brings her into conflict with the powers of evil, whose sole strength is in their physical force and brutalized spirit, and her leaders are sent into exile or cast into prison or die under torture. This is history of today. But the Church is unafraid. She cannot compromise with an avowed enemy of God. She must continue to teach the first and greatest commandment incumbent on every man : « thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, with thy whole soul, with all thy strength », and the second like unto the first : « thou shalt love thy neighbour as thyself ». It is her changeless message, that man's first duty is to God, then to his fellow-man ; that that man serves his country best who serves his God most faithfully ; that the country that would shackle the word of God given to men through Jesus Christ helps not at all the lasting peace of the world. In striving with all the resources at her power to bring men and nations to a clear realization of their duty to God, the Church will go on, as she has always done, to offer the most effective contribution to the world's peace and man's eternal salvation.

We are pleased that the letter of Your Excellency has given Us the opportunity of saying a word of encouragement for all those who are gravely intent on buttressing the fragile structure of peace until its foundation can be more firmly and wisely established. The munificent charity shown by the American people to the suffering and oppressed in every part of the world, truly worthy of the finest Christian traditions, is a fair token of their sincere desire for universal peace and prosperity. The vast majority of the peoples of the world, We feel sure, share that desire, even in countries where free expression is smothered. God grant their forces may be united towards its realization. There is no room for discouragement or for relaxing of their efforts. Under the gracious and merciful providence of God, the Father of all, what is good and holy and just will in the end prevail.

Let Us assure Your Excellency of Our cordial welcome to Mr. Taylor, your personal representative, on his return to Rome ; and We are happy to renew the expression of Our good wishes for the people of the United States, for the members of their government and in particular for its esteemed Chief Executive.

From Castel Gandolfo, August 26, 1947.

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PLATENSIS ET MERCEDENSIS
(S. NICOLAI DE LOS ARROYOS)

AB ARCHIDIOECESI PLATENSI ET A DIOECESI MERCEDENSI TERRITORII PARTES SEIUNGUNTUR, ET NOVA EXINDE DIOECESIS S. NICOLAI DE LOS ARROYOS ERIGITUR, METROPOLITANAE ECCLESIAE BONAËRENSI SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maxime quidem iuvat quamlibet in catholico orbe Ecclesiam, territorii amplitudine et fidelium frequentia nimium redundantem, in partes dividere et novas dioeceses condere, aliorum Antistitum regimini et curae concredendas. Quum itaque ab Apostolica Sede expostulatum sit ut archidioecesis Platensis in Argentina Republica, quae latissimo territorio patet, ad maius christifidelium bonum bifariam dividatur et nova exinde dioecesis erigatur, Nos, habito favorabili voto venerabilium Fratrum Ioannis Chimento, Archiepiscopi Platensis et Annuntiati Serafini, Episcopi Mercedensis, nec non suffragante venerabili Fratre Ioseph Fietta, Archiepiscopo titulari Sardicensi et in Republica Argentina Nuntio Apostolico, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia et apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Platensi illa archidioecesi territorium, finibus infra describendis circumscriptum, seiungimus, cui parvum addimus territorium dioecesis Mercedensis, et novam exinde dioecesim erigimus et constituimus, eamque *S. Nicolai de Los Arroyos* nuncupandam decernimus. Novae autem huius dioecesis territorium tresdecim *partidos* amplectetur: undecim ex archidioecesi Platensi, idest: *Colón, Pergamino, San Nicolás de los Arroyos, Ramallo, Bartolomé Mitre, San Pedro, Baradero, San Antonio de Areco, Exaltacion de la Cruz, General Uriburu, Campa*: et duos e dioecesi Mercedensi, idest *Rojas* et *Marcelino Ugarte*. Fines vero eiusdem dioecesis erunt: ad septentrionem: dioecesis Rosariensis et flumen *Paraná*; ad orientem: flumen *Paraná*; ad occidentem: dioeceses Rosariensis et Mercedensis:

ad meridiem: dioecesis Mercedensis et archidioecesis Platensis. Sedem autem novae huius dioecesis in civitate S. Nicolai, a qua ipsa nomen mutuatur, statuimus; atque Episcopi cathedram in ecclesia S. Nicolai Barensis in ipsa urbe exstante figimus, quam proinde ad cathedralis gradum et dignitatem evehimus; cui cathedrali Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis honores, insignia, favores, gratias, privilegia ac iura omnia, quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur, concedimus; eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Ipsam porro cathedralem Ecclesiam S. Nicolai suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Bonaërensi atque eiusdem pro tempore Archiepiscopi metropolitico iuri subiicimus. Mensam autem episcopalem constituent Gubernii Reipublicae et Curiae Episcopalis emolumenta, nec non oblationes quae a fidelibus praeberi solent, praeter ea quae ad hunc finem iam collecta sunt. Quod vero attinet ad dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod vero in particulari ad clerum spectat, decernimus ut, simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici censeantur adscripti Ecclesiae illi, in cuius territorio legitime exstant. Cum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova hac dioecesi cathedrale canonicorum Capitulum modo constituatur, indulgemus ut pro Canonicis dioecesani Consultores ad iuris tramitem interim eligantur et adhibeantur. Mandamus insuper ut in hac quoque dioecesi, quam primum fieri poterit, saltem parvum Seminarium iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Seminariis et Universitatibus Studiorum traditas vel tradendas, erigatur. Duo vero electi iuvenes aut modo saltem unus, non intermissa vice, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum in Urbe mittantur, ut sub oculis fere Nostris in spem Ecclesiae instituantur. Praescribimus denique ut omnia documenta et acta, quae novam hanc dioecesim S. Nicolai de Los Arroyos eiusque clericos et fideles respiciunt, a Cancellaria episcopali tum archidioecesis Platensis tum dioecesis Mercedensis ad novae dioecesis Cancellariam quam primum fieri poterit transmittantur, ut in eius archivo diligenter serventur. Ad quae omnia ita disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Ioseph Fietta, Nuntium Apostolicum apud Argentinam Rempublicam, deligimus eique necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate con-

stitutum, eidemque onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem quantocius transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tanquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentari praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die tertia Martii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIII, n. 14. — Al. Trussardi.

II

DE TSHUMBE

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE TSHUMBE IN CONGO BELGICO IN VICARIATUM APOSTOLICUM EXTOLLITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Laeto animo accepimus Praefecturam Apostolicam de Tshumbe intra Congi Belgici fines, dilectorum Filiorum sodalium Congregationis Clericorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C., quibus concredita est, ope et industria, non mediocre religionis incrementum suscepisse; adeo ut digna sane videatur, quae ad maioris dignitatis gradum elevetur. De Venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani et in Congo Belgico Delegati Apostolici, favorabili voto, Nos, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam illam Apostolicam de Tshumbe, eodem servato nomine, in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus; et illum, ut antea, praefatae Congregationi Clericorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C. concreditum volumus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum. Novo autem huic Vicariatui Apostolico de Tshumbe eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quare omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario

attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die tertia decima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIII, n. 20. – Al. Trussardi.

III

DE TINGCHOW
(TIMCEUVENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE TINGCHOW IN DIOECESIM, TIMCEUVENSIS NOMINE, ERIGITUR ET CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Auspicatissimis in Sinis catholicae fidei incrementis permoti, Nos, Apostolicis sub plumbo Literris *Quotidie Nos,* die undecima Aprilis mensis, superiore anno datis, episcopalem illic hierarchiam feliciter ereximus et constituimus. Quod inceptum opus prosequi cupientes atque prae oculis nunc habentes Praefecturam Apostolicam de Tingchow, Missionariorum Fratrum Ordinis Praedicatorum, cui concredita est, indefesso labore constantique zelo non mediocre christianae rei suscepisse incrementum, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, atque attento favorabili voto venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope, iam in Sinis Delegati Apostolici, annuendum censuimus dilecti Filii Magistri Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum precibus, quibus expostulatum est ut Praefectura illa de Tingchow in dioecesim erigatur. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant con-

